

Sine pænitentia sunt dona et vocatio Dei erga Israel.

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli
ad Romános

11, 13-15. 29-32

Fratres:

¹³ **V**obis dico géntibus:

Quantum quidem ego sum géntium apóstolus,
ministérium meum honorífico,

¹⁴ si quo modo ad æmulándum próvocem carnem meam
et salvos fáciam áliquos ex illis.

¹⁵ Si enim amíssio eórum reconciliátio est mundi,
quæ assúmptio, nisi vita ex mórtuis?

[16-28]

²⁹ Sine pæniténtia enim sunt dona et vocátio Dei!

³⁰ Sicut enim aliquándo vos non credidístis Deo,
nunc autem misericórdiam consecúti estis
propter illórum incredulitátem,

³¹ ita et isti nunc non credidérunt
propter vestram misericórdiam,
ut et ipsi nunc misericórdiam consequántur.

³² Conclúsit enim Deus omnes in incredulitátem,
ut ómnium misereáтур!

Verbum Dómini.